Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

gloriam eius et locutus est de eo. Verumptamen et ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter phariseos non confitebantur ut de synagoga non eicerentur. Dilexerunt enim magis gloriam hominum quam gloriam dei.

erant ut sermo ysaie prophete impleretur. Quibus respondemus: deum prescium futurorum per prophetam predixisse infidelitatem iudeorum, non fecisse. Non enim idcirco quemquam deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam novit. Ipsorum enim presciuit peccata non sua. Fecerunt ergo peccatum iudei quod facturos esse predixit quem nichil latet. Crisostomus. Quod ergo dicit ut sermo ysaie prophete impleretur, non ut causale est, sed eventus. Non enim quia dixit ysaias non crediderunt, sed quia non erant credituri idcirco ysaias dixit. Augustinus. Sed ea que sequuntur profundiorem faciunt questionem. Adiungit enim et dicit: Propterea non poterant credere quia iterum dixit ysaias: Excecavit oculos eorum et induravit cor eorum, ut non videant oculis et intelligant corde et convertantur et sanem eos. Si enim credere non poterant, quod peccatum est hominis non facientis quod non potest facere? Et quod est gravius, ad deum causa refertur, qui quidem ipse excecavit oculos eorum et induravit cor eorum. Non enim hic saltem de dyabolo dicitur, sed de deo. Sed quare non poterant credere? Quia nolebant. Sicut enim quis dicitur de deo negare se ipsum non potest. Laus est voluntatis divine. Ita quod illi non poterant credere culpa est voluntatis humane. Crisostomus. Hoc autem et in communi consuetudine custoditur, ut cum quis dicat: non possum amare illum, vehementiam voluntatis potentiam dicit. Sed evangelista dicit non poterant, ut ostendit quia impossibile erat eos credere. Non enim hoc predixit ysaias si credituri essent. Augustinus. Sed aliam causam iniquus dicit propheta, non voluntatis eorum: quia scilicet excecavit oculos eorum et cetera. Sed hanc et eorum voluntatem meruisse respondeo. Sic enim excecat et obdurat deus deserendo et non adiuvando. Quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest. Crisostomus. Neque enim deus relinquit nos nisi nos voluerimus. Similiter dicit osee: Oblitus es legis dei tui, obliviscar tui et ego. Hic dicit ostendens nos incipere derelictionem et causam fieri perdicionis. Sicut enim sol infirmum offendit visum, non ex propria natura, ita fit et in hiis qui non attendunt dei sermones. Terrent autem auditores sepius dicit: induravit et excecavit. Augustinus. Quod autem addidit: et convertantur et sanem eos, utrum subaudiendum sit non, id est non convertantur? Etenim conversio de munere gratie est. An forte et hoc de superne medicine misericordia factum intelligendum, ut quoniam superbe suam iusticiam constituere volebant, adhuc desererentur et excecarentur, ut offenderent in lapidem offensionis et impleretur facies eorum ignominia, atque ita humiliati quererent non suam qua inflatur superbus, sed iusticiam dei qua iustificatur impius? Hoc enim multis eorum profecit in bonum, qui de suo scelere compuncti in christum postea crediderunt. Sequitur. Hec dixit ysaias quando vidit gloriam eius et locutus est de eo. Vidit autem non sicuti est, sed modo quodam significativo sicut prophetis visio fiat informanda. Nemo ergo nos fallat eorum qui dicunt invisibilem patrem et visibilem filium, qui putant eum esse creaturam. In forma